

Quæstio cii

Quintus ar **Q**uia subsunt diuine gubernationi. probatur primo sicut deus est causa reus ita et gubernator. quia secundum eandem rationem utriusque deo conuenit. eo quod eiusdem est rem producere et ei perfectionem dare quod ad gubernantem pertinet sicut deus est uisus causa totius entis igitur. Secundo sic. quicunque ordinant ad finem gubernationis diuine omnia illa gubernant a deo sicut omnia que quicunque modo sunt ordinant in diuinam bonitatem que est finis gubernationis

Sextus ar **D**eus immediate omnia gubernat quantum ad rationem gubernationis sicut mediate quantum ad executionem gubernationis. primum patet. quia cum deus sit ipsa essentia bonitatis. que quicquid est optimum in quocunque genere. est deo attribuendum. sed cognoscere particularia in quibus est operatio uel motus est optimum in omni genere et cognitione practica que illis est ratio gubernationis igitur deus secundum rationem gubernationis cognoscit minima particularium. Secundo patet. que quicquid est maioris perfectionis. cum deus optime gubernet res diuine gubernationi est attribuendum sicut quod deus quidam gubernet mediis quebusdam alijs que sunt cause aliorum est maioris perfectionis. quia quod aliquid non solum in se sit bonum. sed etiam alijs sit causa bonitatis est maior perfectio reus quam si solum in se esset bonum. sicut si aliquis magister suos discipulos non solum scientes faceret sed etiam aliorum doctores ergo etc.

Septimus ar **P**reter ordinem diuine gubernationis nihil potest contingere. probatur sic. in cuius quocunque causa ordinem reducunt omnes cause particulares et omnes effectus eandem potest illius cause ordinem nihil potest contingere sicut sic est de deo. quia ex hoc quod